

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Argumentum quinti libri.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

ARGVMENTVM QVINTI LIBRI.

QVinto uolumine describuntur, quæ ab Alpium radicibus sunt usq; ad fretum Siculum, sinumq; Tarentinum, ac Posidoniatem, atq; Pæsthanum. In his hæ regiones sūt, Venetia, Liguria, Picenū, Lucania, Thuscia, Roma, Cāpania, Apulia. Insulæ etiam quotquot in Italico mari à Genua ad Siciliam sitæ sunt, enumerantur.

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER QVINTVS.



POST infimas Alpium radices, eius quam hac ætate Italia^{Italia.} liam uocant, initiū est. Namq; maiores Italiam, quæ ab Siculo freto, usq; in sinum Tarentinum & Posidoniatem progressa est, Oenotriā appellabant. Nomen autem obtinens usq; Oenotria. ad Alpiū radices processit. Assumpsit etiā ab ora Ligustica, Vari fluminis confinia, marisq; proximi à Thuscie finibus, Istrigq; usq; Polam. Opinari uero cuipiā licet, priscos Italos foelicitate florentes, in cōmunionē deuocasse finitimos, atq; hunc in modū auctis deinde uiribus, in Romanorū imperiū peruenisse. Tandē uero atq; ex quo Romani in regni societate & in ciuitate Italos uocauere, decretū est & Gallis Cisalpinis, et Venetis idem honoris impartire, uniuerfosq; Italos^{itali.} Romanos uocare. Per multas insuper colonias partim prioribus annis, partim posterioribus emittere, quibus meliores alias nō facile dixerim. Vna igitur forma Italiae^{Italiae forma.} omnē geometrica ratione complecti, haud in procliu est. † Atqui extremitates^{καίτοι, quanta quam.} illius in austrū, & Hibernos ortus excurrentes, triangulas esse commemorant, eius uerticem ad euripum Siculum produci, basin autem Alpes habere. Concedere uero latus alterū in freto finiri Siculo, et Tyrrheno allui pelago, cæterū formā rectis descriptam lineis, proprie triangulam appellant. Hic autem bases, & latera rotunda sunt. Quod si concedendū esse dixerim, lineæ circularis formā esse ponendū est, basin in quā & latera. Concedatur & lateris huius obliquitas, quæ uergit in ortū. Reliqua minus apte dixerunt, cum latus unum à sinu Adriatico usq; in fretū præsupponant, latus autē absq; angulo lineā appellamus. Absq; angulo uero est, cum partes aut inuicem non uergunt, aut non multū. Verū ab Arimino ad Iapygiam extremitatē, & ab Siculo freto ipso, ad extremitatē eādem permultum inclinantur. Eundem in modū se habere arbitror & sinus Adriatici latus, & Iapygiæ. Cum enim inuicem concidant ad Arimini & Rhauennæ locos, angulū efficiunt, sin autem nequaquam angulū efficiunt, circumferentiam saltem efficiunt non exilem. Quapropter si hoc unum latus existit, haud sanè recta est e sinu ad Iapygiā nauigatio. Reliquum uero his ex locis ad fretū latus alterū describit. Ne hoc quidē rectū. Sic quadrangulam potius, q̄ triangulam figurā esse diceres, cæterū nullo pacto triangulam nisi uelis abuti. Verū confiteri præstat quod figuræ quæ geometrica ratione mensurari nequeat, nō facile circumscribi traditio potest. Particulatim uero hunc in modum dicere possumus, quo inferior Alpium pars curua & sinuosa est, concauitates^{Alpes.}